



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 36. Justiniani Cardinali obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul XVI.
A.C. 1582.

pit suæ *explanationi in Cantica Cantico-
rum*, cujus tamen operis nonnisi frag-
mentum ad nos pervenit. Præter hæc
anno a partu Virginis millesimo quin-
gentesimo septuagesimo octavo librum
suum concinnabat *de modo visitandi Mo-
nasteria*, ubi monitis cælesti prorsus
prudencia repletis describit sollicitu-
dinem, quæ tam circa res spirituales,
quam temporales Monasticis Societati-
bus impendenda foret. Denique quam-
plurimæ exstant epistolæ ab hac sancta
Spiritus Magistra exarratæ, quas in
unum volumen collectas Joannes
Palafox Osmensis Episcopus notis il-
lustrabat, quæ postea publico prælo
divulgabantur unacum glossa, seu can-
tico in lingua Hispana concinnato, ac
post sacram Communionem recitando.

§. XXXVI.

Justiniani Cardinalis obitus.

*Ciacon. t. 3.
pag. 1056.
Razzius de
vit. illustr.
Ord. Præd.
Richard de
Script. ejus-
dem Ord.* Paucis post sanctæ Theresiæ obitum
diebus Vincentius Justinianus Car-
dinalis mortalitatem exiit. Is in In-
sula Chio ex nobilissima Justinianorum
familia, quæ in præfata Insula sedi
fixerat, die vigesima septima Augusti
Anno Salutis nostræ millesimo quingen-
tesimo decimo nono natus erat: cum
autem a piissimis suis parentibus edu-
catus Christianam pietatem cum lacte
mater-

materno suggeret, dein percurso stu-
 diorum studio Ordinem sancti Dominici
 in eadem Urbe ingressus solemnibus voto-
 rum sponione totum sese Deo sacra-
 bat, atque inde Genuam profectus Phi-
 losophiæ, ac Theologiæ operam dabat:
 postea vero a Stephano Ufusmario Ge-
 nerali Ordinis sui Magistro Romam d-
 vocatus eidem a secretis inserviebat,
 quo munere per decem omnino annos
 cum tanta prudentia, ac nominis sui
 exultatione defunctus est, ut primo
 Angliæ Provincialis, ac demum die
 vigesima octava Maji Anno Domini mil-
 lelimo quingentesimo quinquagesimo
 octavo, ætatis suæ nonnisi trigesimo
 octavo Generalis Magister Ordinis sui
 renuntiaretur: postquam igitur in Gal-
 liis cuncta Ordinis sui Monasteria lustra-
 verat, Tridentum se contulit, ubi Con-
 cilio Anno millesimo quingentesimo se-
 xagesimo secundo, & tertio interfuit,
 inde autem redux Hispaniæ monaste-
 ria visitabat, atque anno Christi mil-
 lesimo quingentesimo sexagesimo sexto
 Romam reversus Pio V. sua præstabat
 obsequia, a quo etiam Pontifice paulo-
 post in Hispaniam rursus ablegabatur,
 demandatis secretis, maximique mo-
 menti negotiis, quæ tamen ipse cum
 prospero successu gerebat, cumque ad-
 huc legatione apud Philippum II. Hi-
 spânia-

Sæcul. XVI.
 A.C. 1582.

Sæcul. XVI spaniarum Regem fungeretur, Papæ
A.C. 1582. literas accepit, quibus ei nuntiatum,
 quod die decima septima Maji Anno
 Salvatoris nostri millesimo quingente-
 fimo septuagesimo Cardinalis nomina-
 tus fuerit: insuper Indicis, atque Epi-
 scoporum, necnon Regularium Congre-
 gationi præfectus, simulque Ordinis
 Vallumbrosani Protector, atque Or-
 dinis sui Vice-Protector nominatus est,
 præterea Abbatiam sancti Siri in Urbe
 Genuensi administrandam suscepit, il-
 lam tamen annuente Gregorio XIII.
 Clericis Regularibus Theatinis ultro
 cesserat: denique die Sabbati vigesima
 octava Octobris Anno post Christum
 natum millesimo quingentesimo octo-
 gesimo secundo, postquam sexagesimum
 tertium ætatis suæ annum cum duobus
 Mensibus expleverat, naturæ debi-
 tum solvit, sepultusque est in Ecclesia
 sanctæ Mariæ supra Minervam, ubi
 Sacellum in honorem sancti Thomæ
 Aquinatis, necnon Bibliothecam in
 usum Religiosorum extruxit, dotavit-
 que: præterea ingens emolumentum
 literariæ Reipublicæ hic idem Cardi-
 nalis procurabat, dum anno a Christi
 Nativitate millesimo quingentesimo se-
 ptuagesimo, divi Thomæ Aquinatis
 opera Romæ imprimi fecerat, in qui-
 bus plures ejusdem sermones nondum
 excusi

excusi prodierunt: edidit quoque Vincentius rerum Ecclesiasticarum collectionem, quam Thesaurum appellabat: adhæc plures epistolas dedit ad Ordinibus suis religiosos, quibus eos ad virtutis studium, ac Religiosæ vitæ exercitia hortabatur, nec minus Constitutiones Fratrum Minorum novis additionibus illustrabat, tantaque existimatione etiam apud Turcas pollebat, ut ejus opera fieret, quatenus Justiniani e Chii dominio a Turcis expulsi, in pristina libertate a Selymo Imperatore relinquerentur: pariter impetravit, ut in eadem insula Christianæ Religionis ritus publice profiteri valerent: præterea plures exstruxit ædes, ut hujus familiæ pauperibus subveniretur.

§. XXXVII.

Georgii Buchanani exitium.

Inter celebriores Scriptores hoc anno fati functos pariter recensetur Georgius Buchananus Vir suo ævo ob ingenii sui aciem, scribendique facilitatem nominatissimus. Is anno Christi millesimo quingentesimo sexto Kilberinæ in Levinia Scotiæ Provincia natus post prima Græcæ, ac Latinæ linguæ rudimenta apud suos hausta Parisios venit, ubi per biennium studiis vacabat: cum autem ibidem omni ope destitutus

Spond. annal. hoc ann. num. 10.

Thuan. l. 76.

Teiffier odidit aux elog.

de M. de

Thore t. I.

p. 578.